



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

94 Iuridicundo præesse, seu ius dicere, & iustitiæ forum omnibus aperire.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Ratio 1. Qui statuit aliquid parte inaudita alteri: æquum licet statuerit, tamen haud est æquum. (Seneca in Medea) 2. Nec visum, nec auditū hominē damnare, nefas vltimum censetur. (Ammian. Marcell. lib. 15.) 3. Nec maior est iniuria, quā in dicta causa aliquē iudicare. (Lucian. ibid.) 4. Hoc qui facit, non iudicē, sed Tyrannū se præbet. a 5. ^{a Apuleius de Asino aureo.} Ut nocens esse nemo poterit, si negare suffecerit: sic innocens nemo erit, si accusasse suffecerit. b 6. ^{b Ammian. Marcell. lib. 18.} Veritas magis perspicitur, quod sapius & vtramque in partem audita causa fuerit. (Seneca lib. 2. de Ira.) 7. Laudatur Alexander Magnus, quod cum audiret accusationes altera manu obstruxit aurem, ut illam puram absenti reseruaret. Vel: erante accusatore alteram aurem solebat occludere. Interrogatus, cur id faceret, respondit, defensori etiam dandus est audiendi locus, vel, ut loquitur Plur. alteram integram seruo reo. Et cum mater Olympia innocentis cuiusdam necem extorquere conaretur, & nouem mensium gestationem in vtero vrgeret, aliam, inquit, mater mercedem posce, hominis salus nullo beneficio pensatur. (Cal. lib. 16. c. 7.)

SIGNVM XCIV.

IVRIDICVNDV PRAEESSE, IVS DICI- ^{Ius dicere.} cere, vel reddere, seu forū iustitia non solum cre- scit, sed etiam Iro aperire, efficerēq, vt vox Iustitia in omnibus angulis Reip. audiatur.

Imperator accipit tres Coronas. 1. Ferreā, ab Archiepiscopo Aquisgrani, vt vincat rebelles, & coculcet infideles. 2. Argenteā, ab Archiepiscopo Mediolani, vt cogitet esse mūdus. 3. Aureā à Papa in Ecclesia S. Petri ad Altare S. Mauritij, vt alios poten-

Vide in
Mesa Theo-
tophil. c. 3.

potentia & iustitia excellat. Iustitiam etiam, quæ
in eo lucere debet, significat Sceptrum, quod ei
datur. Nam Sceptrum Regale virgula iustitiæ
est, non signum inanis gloriæ. Sic & Rex Romanorum
electus, inungitur, consecratur, & coronatur à Papa
Corona 1. Ferrea, quam recipit Aquilani, per quam
Rex designatur Germanorum. 2. alia Ferrea Medocij
oppido Longobardorum, qua Longobardorum Rex
creatur. 3. Aurea à Papa accepta, per quam Augustus, &
Romanorum Princeps dicitur: ex more tamen
secunda argentea traditur Mediolani. Hanc virtutem
(iustitiã) tanti fecit *Traianus Imp.* ut eius
filius cuiusdam viduæ à proprio filio equitante
caute fuisset occisus, illi, ut eam solaretur, proprium
filium cum Regni hereditate concederet.

Cic. pro
Rabit. Ius
& equitas
sunt vincu-
la ciuitatũ.
Tria fausta
Reip. hede-
ra, seu lu-
mina.

Triumphauit olim *Roma* cum concio purpura-
ram, Magistratus gladium, iudicia æquitatis
in ea tenuerunt: at *Roma* tum cecidit, cum
in Senatu furor, in Magistratu timor, & in iudi-
cij furor triumphauit. Certè à nulla re maiorem
lucem acquirit ciuitas, quàm à Senatu, in quo
filium; quàm à Magistratu, in quo impem-
quàm à Iudicio, in quo iustitiæ & æquitatis
lum habet.

Esse autem officium boni Magistratus ius
dare subditis, vel hæc docent Exempla. 1. *Appo-
stus Cesar* ius dixit assidue, & in noctem noctem
quam, etsi parum corpore valeret, lecturus
tribunali collocata, vel etiam domi cubans
(*Suet. c. 33.*)

2. *Traianus* tam assiduus erat in Tribunalis
labore refici ac reparari videretur. (*Plin. De
neg.*)

3. Legimus Iulium Cæsarem, (*Suet. c. 43.*) Tiberium, (*cap. 33.*) Claudium, (*cap. 14.*) Vespasianum, (*cap. 21.*) Seuerum, (*Herod. 3.*) Constantinum, (*l. 1. c. quand. Imp. int. pup. & vid.*) ius assidue iuxta ac laboriosissimè dixisse. *idem.*

Cæteris Imperatoribus per antiquum fuisse colligitur, ex *l. Imperialis de prohib. feud. alien. l. Imp. de iure Fisci, l. Offilius, de l. 3.* Hinc Valentinianum, Theodosium, & Gratianum Imperatores, Iustitiæ Sacerdotes Symmachus Urbis Præfectus vocat, apud Ambrosium, *epist. 30.*

(*Psalm. 2. 10. Qui iudicatis terram, &c. Jerem. 23. 5. Rex faciet iudicium, &c. Deut. 16. 18. Iudicent populum, &c.*)

4. Veteres Iustitiæ virtutem Regiam appellarunt: quia illa virtutù Regina, Regibus in primis necessaria est. Vnde Regina Saba ad Regem Salomonem dicebat: *3. Reg. 10. Cõstituit te Deus Regem, vt faceres iudicium & iustitiam.* Et Salomon iussus à Deo postulare quidquid vellet: *Dabis, inquit, seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit.* *3. Reg. 3. Ad quid Leges, si nulla iudicia?*

5. Gaguinus, *lib. 3. de gest. Francorum,* scribit, Dagobertum Gallia Regem sollicitè iuridicundo præfuisse.

6. Cominæus scribit, *lib. 5. bell. Neapol. Caro-* *Omnibus*
lum VIII. certis diebus cognouisse de querimo- *septimanis*
nijs, & causis omnium, qui quaque de re aliquid *binos desti-*
ad ipsum deferrent, quod pauperum & misero- *nant dies*
rum hominum causa, ait, in primis faciebat. *inra in pu-*
Tametsi autem Carolus non multa perficeret, ta- *blico red-*
men eo pertinebat institutum hoc, vt Præfcti in *dando,*
officio metuq; continerentur, quod satis vtcunq;
 Na erat

erat ad perfectam Iustitiæ administrationem.

7. *Lusitania Reges* certis diebus cuiuslibet hebdomadis in Senatu præfidere solebant. *Basiliæ in Annal. Lusit.*

8. *Carolus Burgundia Dux*, cognomento *Abdax*, diebus tribus multis verbò ante eum *Carthago* *Magnus* die vno in hebdomada iustitiæ sacra agebant. Verùm hic volebat, vt se præfentes duntaxat causæ agerentur, in quibus eius *fratri* ius dicere nolissent, & qui litigabant, *in* *riam* sibi factam quererentur, vt hoc *franco* *ercitis* Iudicibus, & Comitibus, siue *Græuis* *bus*, integra & inuiolata iustitia staret. *Quod* *sum* & *Iustinianus* constituit, *Novel. de non Princ. c. sit tibi quoq; studium.*

Hebdomadam causas audiebat.

Expediit Principes ius reddere: quia contententes sæpe causæ aguntur, nec minores illarum delegati Iudices satis in eos oris, aut robore semper habent. Et quia Reges iustitiæ *franco* causa primitus sunt instituti, cur munus *franco* fugerent? Habent in eum sine Adseffores, & colloquantur in cubiculo, cur non hic loquerentur?

Preoccupantur obsecrationes.

Neque hic se nimis vulgat Princeps, cum res per se talis sit, vt reuerentiam sui gignat, terrorem. Bene à Deo ita facti sumus, vt

Numen & nomen ipsum iustitiæ, & quæque eam administrant. (Prou. 16. v. 10)

Diuinitas in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius.

(*)